Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs IIII. Scena III.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Non tute incommodam rem, vt quæq; eſt, in animum inducas pati.
Si cætera ſunt ita, vt tu vis, itaq; vt eſſe ego illa exiſtumo,
Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam. Pam. væ miſero mihi.
So. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me malè habet, quàm te gnate mi.

ACTVS IIII. SCENA III.
LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

Qvem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi vxor:
Iſtuc eſt ſapere, qui vbicunq; opus ſit, animum poſſis flectere,
Quod faciundum ſit poſt fortaſſe, idem hoc nunc ſi feceris.
So. Fors fuat pol, La. abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres.
So. Spero æcaſtor. La. i ergo intrò & compone, quæ ſimul tecum
Senarius. Ferantur: dixi. So. ita vt iubes faciam. Pa. pater.
Iamb. cata. La. Quid vis Pamphile? Pam. hinc abire matrem? minimè La. Quid ita iſtuc vis?
Pam. Quia de vxore incertus ſum etiam, quid ſim facturus. La. quid eſt?
Troch. cat. Quid vis facere, niſi reducere? P. equidem cupio, & vix contineo:
Sed

Sed non minuam meum conſilium, ex vſu quod eſt, Mixtus
id perſequar: (fore troch. cum
Credo ea gratia concordes magis ſi non reducam, Iamb. cata.
La. Neſcias: verùm tua refert nihil, vtrum illæ fecerint,
Quando hæc abierit, odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis: Troch. cat.
E medio æquom excedere eſt: poſtremò iam nos fabulæ Iamb. acat.
Sumus Pamphile ſenex atq; anus. (mus. Dime. iam.
Sed video Phidippum per tempus egredi: accedamus. Iamb. cata.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

Tibi quoq; ædepol ſum iratus Philumena Senarij.
Grauiter quidem: nam hercle abs te factum eſt turpiter:
Et, ſi tibi cauſa eſt de hac re: mater te impulit:
Huic verò nulla eſt. La. oportunè te mihi
Phidippe in ipſo tempore oſtendis. Ph. quid eſt?
P. Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc operiã?
La. Dic filiæ rus conceſſuram hinc Soſtratam:
Ne reuereatur minus iam quò redeat domum. P. ab
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhina hæc ſunt mea vxore exorta omnia:
Mutatio fit eo nos pertubat Laches.
Pa. Dum ne reducam turbent porrò, quàm velint.
Ph. Ego Pamphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt.